



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Exclamatio supradicti p[ro]phetæ, qui post illud supradictu[m], quis
appendit tribus digitis mole[m] terre protinus subiunxit, quis adiuuit
sp[iritu]m domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

mo in iuuentute positus floreat, id est, uigeat, & postea ab ipso matutino flore iuuentutis transeat in uesperum senectutis, & in illo uespere positus decidat, id est, moriatur, & post mortem induret, id est, rigidum cadauer fiat. Et deinde arefcatur, id est, aridus puluis existat. Recta & ualde prudens concessio, quia uidelicet non solummodo concedendum, ue o rumetiam omnibus modis laudandum est, prouidum sanctæ Trinitatis consilium, cuius est uox ista secundum pluralem numerum, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, si cut & illa, de qua iam supra tractatum est, faciamus hominem ad imaginem & similitudi nem nostram. Laudare uel satis considerare mens humana non sufficit altitudinem huius diuini consilij, quo beata trinitas homini mortuo morte peccati, quæ mors animæ est, ne cessariam prouidit mortem corporis, præparatum habens apud se bonæ artis instrumen tum quò posset per mortem corporis mors animæ destrui.

¶ Exclamatio supradicti prophete, qui post illud supradictum, quis appendit tribus digitis molem terre, protinus subiunxit, quis adiuuit spiritum domini aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi. Ca. VI.



Ic igitur exclamare libet cum Propheta, qui cum dixisset, quis appendit tri bus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera (cuius capituli supra meminimus) protinus subiunxit, Quis adiuuit spiritum domini? Aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo inijt consi lium & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudit eum prudentia, & uiam prudentiæ ostendit illi? Exclamatio siue admiratio hæc nimiam, & si in alijs mirabilibus tuis deus cõgrua e, maxie in isto ul' p isto consilio tuo loca habet, q sic bene consuluisti humano generi, ut diceres Ironia quam grauissima. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, quia uidelicet sic serpens dixit, eritis sicut dii, statimq; subiunge res. Nunc ergo, ne forte mittat manum suam, &umat etiam de ligno uitæ & comedat, & uiuat in æternum. Hoc denique cum consilio locuta es o beata Trinitas. Est enim con silium apud te. Si non esset apud te consilium, non diceret Propheta: Domine consilium tuum antiquum uerum fiat, & Psalmista dicat: Consilium autem domini in æternum manet. Est ergo consilium apud te deus in spiritu tuo sancto, sicut & fortitudo. Vnde idẽ spiritus sic dicitur spiritus consilij, sicut & spiritus fortitudinis. ¶ Viderit quid sentiat ali quis, ego in nullo magis admiror, in nullo magis amplector altitudinem consilij diuini, quam in isto dicto uel facto, quo dixit homini, puluis es, & in puluerem reuerteris, & emis sit eum, ne comederet de ligno uitæ & uiueret in æternum. Audebo igitur circa illud con silium uersari, & respondere percuntationibus istis, quoniam & si uerum Apostolus di cit: Quis enim cognouit sensum domini, & ut subaudias nullus: tamen idem alibi loquitur. Nos autem sensum CHRISTI habemus. Denique antequam consilium istud an tiquum iniret deus, nullus sensum eius cognouit, & nullus extrinsecus consiliarius eius fu it, nunc autem postquam factum est, cognouerunt multi, & ut uerbis utar eiusdem Apo stoli, manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne iu stificatum est in spiritu, apparuit angelis, creditum est mundo, assumptum est in gloria. Per cunctabor igitur sicut percunctando ipse Propheta percunctari nos docuit, & responde bo prout Christiana fides ad respondendum nos instruxit.

¶ Item de eadem exclamatione, quis adiuuit spiritum domini, & de obedientia fili j dei, quod ipsa adiuuerit spiritum domini. Ca. VII.



Vis adiuuit spiritum domini? Laborabat enim spiritus domini. Deniq; si quis alius eũ laborare fecit ut dicat ei, laborare me fecisti in iniquitatibus tuis: si quis hominum contristauit eum, ut recte dicat Apostolus, & nolite cõtristare spm scim dei, in quo signati estis in die redemptionis, maxime Adam illum contri stauit, & laborare fecit in iniquitatibus suis, quibus omnem posteritatem suam antequam nasceretur inuoluit & prædamnauit. Quis in huiusmodi labore adiuuit spiritum domini, uolentem supplantare autorem peccati, & reformare iustitiam nascituris filijs benedictio nis, ne piret bñdictio, q bñdicens dixerat: Crescite & multiplicami. Quis (in q) illi adiuuit? Vere nullus extrinsecus, sed sola intrinsecus sapia dei, obedientia filij dei. Puta ergo dixisse in illo

Et enim I
quod dicitur
aut panis
Gen. 3.

Et enim I
quod dicitur
aut panis
Esa. 40.

Gen. 3.

Ps. 32.
Esa. 11
Altitudo cõsi
lij dei in inia
mortis corpo
ralis Gen. 3

Rom. 11.
1. Cor. 2

Eph. 4.